



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

V. Herzog Rudolph von Sachsen überläßt als Vormund des Markgrafen
Heinrich der Stadt Wriezen die Zollhebung auf vier Jahre, am 5. März
1320.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

et omni seruitio communi et priuato sepeditis Sanctimonialibus in claustro Vredelandt pure et simpliciter propter Deum donauimus, Renunciantes expresse diete proprietati, que nobis successu temporis competeret in posterum et euentu, Volumus enim sepedita ad claustrum Vredelandt perpetua libertate pertinere. Vt autem hec nostra Donatio immobilis perpetuo perseveret, presentem literam nostro Sigillo sepeditis sanctimonialibus in claustro Vredelandt contulimus communitam. Testes quoque hujus sunt nobiles Viri scilicet Dominus Bernardus de Plöceek, Dominus Fredericus de Aluensleue, Dominus Droyfico, nostri Consilarii, Aduocatus Theodoricus de Leina dictus, Johannes Palmedach, Conradus de Storce dictus, nostri milites et alij plures fide digni. Actum et datum in Werbelino, Anno Domini Millefimo Tricentesimo quinto, in die Circumcisionis Domini nostri Jesu Christi.

Aus Seid. II's handschriftlicher Urkundensammlung 42, f. 41.

V. Herzog Rudolph von Sachsen überläßt als Vormund des Markgrafen Heinrich der Stadt Briesen die Zollhebung auf vier Jahre, am 5. März 1320.

Nouerint vniuersi, ad quorum intellectum prefens scriptum perductum fuerit, Quod nos Rudolfus, dei gracia dux saxonie tutorque illustris Heynrici, de brandenborch marchionis, conuenimus cum nostris consulibus fidelibus in Wrezna morantibus in hunc modum, quod nostrum theloneum nostro cadens vsui in eodem opido locauimus ipsis et presentibus locamus regendum, nostro nomine potenter et equaliter tenendum a festo pasche proxime futuro ad quatuor annos continue decurrentes cum singulis condicionibus et censura census, quibus cuncti eorum antecessores exluterant prepediti, preferentes eisdem consules tali prerogatiua, vt si qui manifestam stratam per ipsorum opidum transeuntem euitare decreuerint propter eorum commodum saltem uel propter ingratitude aduersus dictos opidanos excitandam, cupientes per rubeta dicta Dornbusch uersus Schultendorp iter ipsorum dirigere, quod tales in quolibet actu personis cum suis mercimoniis specialiter recentitis pro tribus talentis denariorum uualium possint impingnorare, pro quo dicti consules et opidani dederunt nobis sedecim marcas argenti, de quibus eos presentibus liberos nunciamus penitus et solutos. Ceterum preferimus sepeditos opidanos in Wrizna eo actu, quod premillis quatuor annis elapsis semper ad quatuor annos alterius dictum theloneum pro usuali pensione census sibi poterint applicare, cunctos contra eos in huiusmodi conuentione eluctantes excludendo, omnibus quatuor annis pro conuentione huiusmodi nobis duodecim marcas et dapifero quatuor marcas argenti erogando. In premissorum euidentis testimonium prefens scriptum nostri sigilli munimine confirmatum duximus ipsis elargiendum. Testes huius rei sunt nostri fideles Fredericus de Aluensleue, miles, et uasalli Hotto de brizich, Hotto Went, tylo de Hplowe, petrus de Hepkendorp et alij quamplures fide digni. Datum struzberch, anno domini millefimo CCC° XX°, feria quarta ante letare.

Nach dem Original im Besiß der Stadt Briesen.